



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Obscurum locum Jer. 2. 25. ex hac consuetudine exponunt Castalio & Coccejus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

298 De CALCEIS HEBRÆOR.

Ies. 20. I.
& seq.

Iesaiam locus: *Iubet Deus ut scilicet cum solveret à lumbis suis, & calcium è pede suo, quod etiam fecit ambulavitque nudus & discalceatus.* Hoc vero signum esset Ægyptiis atque Cuschæis similis discalceationis, cum captivi abducerentur ab Assyriæ Rege: Ita enim explicat, & mysterium pandit ipse Jehovah. *Quemadmodum ambulavit servus meus Iesaias nudus & discalceatus tribus annis signum & portentum super Ægypto & Cuschæis, sic ducet Rex Assyriæ captivos Ægypti, & exules Cuschæorum pueros & senes, nudos & discalceatos.* Jam Abrahami ævo eum morem usitatum non absurde quis colligat ex ipsius dicto ad Regem Sodomæorum, quo negat se ex omni præda accepturum vel filium vel corrigiam calcei vel aliquid quod ipsius erat.

Gen. 14.
23.

V. Ex hac veterum consuetudine exponunt viri eruditissimi obscurum quendam apud Ieremiam locum. Graviter populum increpat Propheta quod à Deo defecerint, à quo tam multis tamque variis beneficiis fuerant cumulati.

Ier. 2. 25. Tandem monitum subjungit וְיָדַעְתֶּם
כִּי אֲנִי יְהוָה

אֶרְכֵּל מִדְּמַי וְגוֹרָן מִצְמָאָה *Arce pedem suum a uscalcatione, & guttur tuum à siti.* Captivitatem putant à Propheta prædici docti interpretes, in quam nudipedes abducerentur.

Sebastianus Castalio: *Cave ut committas ut tibi in captivitatem nudis pedibus procul eundum sit.* Castal. ad h. l. Magnus

Coccejus: *Monet imminere deportationem, ut nudipedes & in siti deducantur in aliam terram.* Coccej. ad h. l. & in Lex. Hebr. Ego

vero omnino non video hanc genuinam esse Prophetæ mentem.

Persistere Prophetam in Metaphora cameli, & onagri fœminæ extra dubium est. Unde necesse est

ut hoc monitum pariter sit metaphoricum à re simili desumptum, quo deterret Israelitas, & eos avocet ab impudenti libidine, prout ad hæc

verba optime notarunt Belgæ interpretes. Quod confirmat respon- Belgæ ad h. l.

sio quæ subjungitur: *Sed dicis, desperatum est, Non: nam diligo alios.*

& eos sequar. Quasi dicant: frustra mones, & laterem lavas, id nunquam præstabimus, diligimus enim alios. Ut plane hoc sit monitum, non quo captivitas prædicatur, in quam nudis pedibus &

N 6 in